

dedit, vel talia sunt, ut aliis potius, quàm nobis, dare possit, ita ferente ipsius sapientia.

3. quia multitudo rerum multiplicantium vanitatem, hoc est, vanam xl.ii.
spem aut lætitiã, nihil affert emolumentũ aut lucri. v.ii. Qui totum
mundum lucratus fuerit, tantum vanitatem multiplicat. Vana læ-
titiã exit in damnum & tristitiã. Ergo totius mundi acquisitio ni-
hil est, nisi accumulatio damni & tristitiã. *Κί* est vel *nam*; & sup-
plendum post illud *im, s;* vel est pro *Quum*. Primum præfero.

4. Quia incertum est, quid homini bonum sit per vitam. xl.iz.
Pind. ol. 7. ἀμφὶ δὲ ἀνθρώπων φρεσὶν ἀμπακίαι ἀναείθματα κρέμαν-
ται. τῶν δὲ ἀμάχαρον εὐρεῖν, ὃ, πινυῖ καὶ ἐν πλοῦτῳ φέρτερον ἀν-
δει τυχεῖν. Confirmatur:

a. quia Deus ipsos dies lucidos præsentēs facit ut um-
bram. Mercerus ad hominem refert verbum, & facit illos, q. d. &
agit dies illos. ποιῆσαι, γασθή, aliquando est ἀγτεῖσθαι &c. Sed verte;
quosq; facit, ut umbram. Umbraocyus transit: ita vita. habet χῆμα
corporis, non corpus; ita vita φαῖτασίαν lætitiã, non lætitiã. est
ab exclusione lucis; ita vita extra lucem veram est, & amor illius à
tenebris mentis est. confundit rerum lineamenta; ita in vita omnia
obscura & opacitate involuta.

b. quia ignoratur futurum. Nam quis indicabit homini, quid
(sive, quis rerum status) futurum sit postea (post illud, δεικτικῶς vel post
ipsum scil. hominem, qui nunc est. v. g. si mne ego me ipsum exceptu-
rus & idemne an diversus? Heraclitus. ποταμῷ ὅπου ἔστιν ἐμβῆναι δις
τῷ αὐτῷ, ἔδὲ θνητῆς βίαιας δις ἀψαδα καθ' ἕξιν. Plut. de El in Delph. I-
bid. ὁ χθὲς εἰς τὸν σήμερον τέθνηκεν, ὁ ἢ σήμερον εἰς τὸν αὐριον ἀποθνήσκει.
Μένει ἢ ἔδει, ἔδὲ ἔστιν εἷς, ἀλλὰ γιγνώμεθα ποταμὸν περὶ ἐν φαῖτασμα καὶ
κρινὸν ἐκμαγεῖον ὕλης περιελαυνόμενης καὶ ὀλιγοδανύτης. Et alii sumus
ἀπὸ τῶν περὶ αἰσῶν. Sacra phrasis verbi essentia loquitur de statu,
ut *quænam es?* &c. vide vers. 10.) *sub sole*. v. 12. Quando igitur
homo nescit, quid futurum sit, postquam fuerit hic, hoc est, post
præsentem statum suum; neque poterit scire, quid in posterum ei
bonum ac congruum ipsius statui futurum, aut omnino, an quid-
quam ad eum amplius pertineat.

c. quia multa, quæ videntur mala, aut bona quidem, CA. VII.
sed minùs efficacia ad sensum, meliora tamen sunt bonis propin- v. 1.
quiùs celeriusque sensum sui præbentibus. Hæc ratio est *αἰτίσσο-*

E

ΦΘ